Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377

Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tur non contrat bonos mores
quas illi sunt prohibiti Vnde ille
qui lucratur in tali casu aliquod
modicum non tenetur teneri
necessario ad salutem restituere illi
scilicet qui amisit quod ideo dico
quia forte aliqui dicere vellent
quod in voluntate sua esset vel
amittenti restituere vel pauperibus
erogare et forte aliquis vellet
dicere quod teneri necessario ad sa-
lutem nulli tenetur restituere
sed sibi potest retinere quia iura
que lucrum talis ludi permi-
siunt restitui in tali casu non
debent intelligi secundum Rich. Quidam
dam vero dixerunt quod aleato-
res districto iure non tenentur
ad restitucionem nisi in ludo
fecerint fraudem et hoc quando
inter partes pactum et conditio
intervenit quod utrisque placuit
et uterque se ad hoc obligavit
et nec qui amisit de iure
potest repetere nec qui lucratus
est tenetur restituere Et huic
positioni magis videtur
consentire Alex. de Lon.
sed positio prima est communior et
tutior et ut mihi videtur et ad
illud quod dicitur pro ista positione scilicet quod
pactum et conventum intervenit dicendum
potest dici quod illud pactum non
tenet cum sit contra legem
pactum cum pena vel iuramento
vallatum si sit contra legem
vel canonem nec tenet nec etiam
pena ff. de pactis l. iuris
gentium § si. Ad hoc nota
secundum Ray. et host. quod sunt quedam
persone quibus indistincte tene-
mur restituere quicquid ab eis
est lucratum in alea ut furi-
osi prodigi minores XXV
annis et maxime pupilli men-
te capti Surdi muti et
morbo perpetuo languidi quia
tales per se non possunt rebus
suis propter quod eis dandi sunt
tutores quantum ad pupillos
vel curatores quantum ad alios
supradictos insti. de curat. §
Sed et mente capti Idem
videtur dicendum de servis mona-
sterii contractis claustralibus filiis-
familias qui non habent peculium
castrense l. i. de uxore que
non habet parafernalia et de
administratoribus rerum ecclesiarum
que sunt pauperum et similibus
cum enim talis administratio pecu-
nie sit multiplex tenetur pro ea
et facti culpabiles et viciosa
est restituendo non tamen ei
qui perdidit eam in ludo nisi
forte esset correctus et crederetur
in usus debitos expensurus
quod si restitueret hac causa
scilicet tutori curatori domino pre-
monsterio marito et ecclesie.

De mensura satisfactionis

Deinde considerandum
de mensura satisfac-
tionis sive quantitate

de mensura satisfactionis